Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Postilla super Osee, Iohel, Amos, Abidiam, Ionam, Micheam, Abacuk, Sophoniam, Aggeum, Zachariam, Malachiam, Thobiam, Baruch cum epistola Ieremie, Iudith, Machbeorum I. II, libros Sapiente, ...

Nicolaus <de Lyra>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Postilla super Baruch

urn:nbn:de:bsz:31-87081

Visual Library

Factum est autem hic cum ponitur fili-
alis obtemperatio in dicit post obitum
matris sue tobias abscessit ex niniue
et sicut pater ei preparat tertium pater
usque et uirum corpus gessit. Nam erat
parentes sui ratione uxoris sue que cum
eo erat. Una cum eis et ipse clausit oculos
corporis eorum cum tunc erat et adhuc
in pluribus terris quod oculi mortuorum clau-
duntur per amicos propinquos per hoc
signantes quod obdormiunt in domino tertium
parentes usque cum gaudio sepelierunt
eum propter finem eius optimum tertium
parentes usque Ut accepti erant tam
deo quam hominibus Sicut dicitur de
beato sebastiano decebat enim ut quem
deus tanta perfiderit gratia ab omnibus
amaretur et hoc cedit ad honorem dei
qui dat gratiam et gloriam ipse terrenis
Gratiam et gloriam dabit dominus cui est
honor et gloria in secula seculorum

Explicit liber thobie

Incipit postilla super librum baruch
capitulum primum

Incipit postilla super librum Baruch. Capitulum primum.

Et hec verba libri post librum tobie secundum
ordinationem temporis sequitur liber baruch
immediate nam hystoria thobie conti-
tigit temporibus ezechie regis iuda ut
ostensum est supra in principio libri tho-
bie baruch autem fuit notarius ieremie
a tempore ioachym filii iosie ut habetur ieremie
xxxvi. Et destructa urbe per caldeos cum
ieremia ascendit in egiptum post interfec-
tionem godolie ieremie xliii. Et quia scrip-
sit alium librum quantum ad istam partem
tunc fuit auctor quantum ad epistolam ieremie
que ponitur in hoc libro cuius
non fuit auctor sed tantum scriptor
Scripserat autem destructionem ciuitatis
ut uidebitur in fine domino concedente
Igitur liber iste in duas partes di-
uiditur scilicet in librum baruch scribe et
in epistolam ieremie que incipit capitulo vi. pri-
ma diuiditur in tres partes quia primo
tractat libri baruch ponit descriptionem
actus. Secundo legendi modus ibi et legit
baruch. Tertio libri processus ibi et dixe-
runt ¶ Circa primum ponit scriptoris

genus tu dicitur et hec verba lib
quem scripsit baruch filius nerie etc
et secundum regulam hebreorum pater ba-
ruch et anus et ceteri qui ponuntur h
habuerunt spiritum prophetie sicut et ipse
dicitur enim quod quando in principio alicuius
prophete ponitur nomen pridecius et
avi et sic ascendendo quod spiritum prophetie
habuerunt datur per hoc intelligi
sciendum tamen quod copulativa dicto
tu dicit et hec verba libri copu-
lat ad verba jeremie que baruch scri-
pserat ante Quo ponitur descriptionis
locus tu dicit in babilonia Sed hoc
videtur falsum quia jeremie xliii dicitur
quod tu judea et alijs judeis qui reman-
serant in judea descendit in egiptum
et non ivit in babiloniam tu aliis
captivatis Dicendum quod mortuo jere-
mia in egipto baruch ivit in babilo-
niam ad captivorum consolationem et
maiorem quia jeremias prophetaverat egip-
tum cito destruendam per nabuchodo-
nosor regem babilonis jeremie xliii
3o ponitur descriptionis tempus cum
dicit In anno quinto scilicet a destructione ie-
rusalem per caldeos sicut enim numerabant
judei tempore captivitatis sue babilo-
nice sic modo computant a tempore
captivitatis sue per romanos inci-
piendo a destructione ierusalem facta per
tytum et vespasianum et in septima
die mensis hic non dicitur quis
mensis fuit Sed videtur quod fuit
primus mensis in tempore quo reperiunt
caldei ierusalem et tempore illo unde inci-
piebant judeorum numeratio ut dictum

et ¶ Et legit Hic ponitur pomi-
ncia libri istius legendi modus
et primo in babilonia Secundo in ierosolima ibi et collegerunt Circa primum
dicit et legit baruch verba libri huius
ad aures iechonie etc. Sed contra hoc
videtur quia iechonias iste erat
in carcere regis babilonis Dicendum
quod non erat in carcere clausus saltem
continue eo quod erat nobilis et reputatus
vel si erat clausus non tamen taliter
quin baruch posset ad eum accedere ta-
lis enim accessus frequenter conceditur
detentis in carcere Et ad aures omnis
populi scilicet judaici in babilone ducti
Et ad aures potentium filiorum regum quod
ducti fuerant sibi aliqui de semine re-
gio ut hic danielis primo et fuerunt in
magna potestate sicut patet ex eodem
libro danielis et sequentibus cuius textus
patent usque ad flumen sodi a quo
flumine sic vocatur Circa dicit jeremie
xlvi quod ad flumen eufraten victi sunt
a iuxta flumen eufraten qui audi-
entes plorabant penitentes de
peccatis pro quibus captivati erant
et ieiunabant et orabant in con-
spectu domini corpus affligendo et
animum ascendendo ut sic cum afflictione
deus respiceret et captivitatem relax-
aret ¶ Et collegerunt Hic con-
scribitur lectio huius libri in ierusalem
nam iudei habitantes in babilone
fecerunt librum transcribi et mitti
in ierusalem ut legeretur ibi et cum hoc
miserunt pecuniam ut inde eme-
rentur necessaria pro sacrificijs et

oblacionibus abi faciendis et hoc est quod
dicitur et collegerunt pecuniam etc. et
patet littera usque ibi Cum accepit ¶ Sci
endum tamen quod hoc videtur contra scripturam
quod hic est dictum quia omnes iudei qui
erant in iudea interfecto godolia des
cenderunt in egiptum ut supra dictum
est et ideo non videtur quod tunc interim fu
erit populus iudaicus nec sacrificia of
ferentes et maxime quia primo esdre iij
dicitur quod zorobabel et aliqui qui redi
erunt de captivitate babilonica erexerunt
altare super bases suas et obtulerunt
super illud holocaustum domino quod fuit per
longum tempus post ista propter quod videtur
quod a destructione civitatis et templi per
caldeos usque post reditum captivitatis ba
bilonice non fuit interim altare holo
causti erectum nec sacerdotes offerentes
sacrificia Potest tamen dici quod licet
interfecto godolia quem rex babilonis pre
fecerat terre iuda totus populus iudaicus
qui remanserat in iudea fugerit in
egiptum timens ne rex babilonis con
tra eum mitteret exercitum ad vindicandum mor
tem godolie ¶ Videns tamen postea
quod non mitteret et audiens ieremiam pro
phetantem quod rex babilonis egiptum in
vaderet pro magna parte redijt interim
propter loci sanctitatem et inter rede
untes fuerunt aliqui sacerdotes quorum
principalis fuit ioachim hic nomina
tus Non tamen fuit filius summi sa
cerdotis quia iosedech summus sacerdos
cum sedechia rege fuit ductus in ba
bilonem tunc in summo sacerdocio suc
cessit ihesus filius suus cuius in
reditu captivitatis babilonice ut patet
primo esdre tercio et zacharie iij Io
achim autem filius istius ihesu secundum
historiographos postea fuit summus
sacerdos Unde et ille dicitur hic ioach
im filius helchie ad distinctionem alterius
Ad illud autem quod dicitur de erectione
altaris post reditum captivitatis Di
cendum quod scriptura loquitur de sollem
ni erectione post reditum captivitatis ba
bilonice tamen ante sacerdotes predic
to modo redeuntes erexerunt alta
re parvum ad sacrificandum domino pu
tantes bono modo sicut patriarche et
prophete frequenter leguntur altaria erexis
se ad sacrificandum domino ¶ Cum accepit
vasa Hic est constructio suspensiva
et intricata sententia gratia intel
lectus faciendum quod cum ieconia rege iu
da in babilonem ducto fuerunt vasa tem
pli domini aurea transportata pro quibus
rex sedechias in regno unde succe
dens fecit vasa argentea quia non
potuit aurea sicut roboam filius
filius salomonis pro scutis aureis que
abstulit sesach rex egipti fecit scu
ta erea tercio regum xiiij Et illa
vasa argentea captivato sedechia
fuerunt in babilonem portata que postea
comparate redemerunt iudei in babilo
nem ducti et miserunt in iherusalem pro
cultu dei cum pecunia pro sacrificijs col
lecta ut dictum est et hoc est quod dicitur
Cum accepit scilicet dictus ioachim sacer
dos vasa templi domini que ablata
fuerunt de templo sedechia rege

capto Sedechia et regno iuda a cui
remittentur in ciuitatem que est metro
polis Decima die mensis sıban qui
correspondet partim maio et par-
tim iunio apud nos Contra ondit
que fuerunt illa vasa dicens Vasa ar-
gentea que fecit sedechias rex et
patet littera usque ibi et orate pro vita na-
buchodonozor regis et cetera cuius enim pacifi-
co statu dependebat pax tocius babilo-
nie et per consequens pax iudeorum ibi trans-
latorum aliter quam petebat oratur pro
vita regis et filii eius secundum monitum
Jeremie xxix Orate pro civitate ad quam
transmigrari fecistis quia in pace illius
erit pax vestra Et det dominus nobis
primo petiverunt orari pro bono statu regis
quod est magis commune pro generali
bono suo quod erat magis speciale
et illuminet oculos nostros in [illegible]
cognoscendo et vivamus sub umbra na-
buchodonozor ex quo deus ordinavit
nos in eius servitute redigi et ser-
viamus eis humiliter obtempera-
tes voluntati divine et inveniamus
graciam in conspectu eorum ut non co-
gant nos ydolatrare sed permittant
nos deo patri fere servire et pro nobis
ipsis orate ad dominum deum nostrum quia pec-
cavimus et orate ut dimittat nobis pecca-
ta Contra sub dividitur de lectione libri
baruch cum dicitur et legite librum
istum et cetera recitari in templo domini licet
enim templum esset combustum tamen
remanserat platea atrii in qua
conveniebant iudei adorandum et
audiendum verbum dei in diebus solemp-
ni a iudicibus solempnibus in quibus
magis conveniebant populus Et dicetis
Postquam descriptus est titulus libri ba-
ruch legendi modus Hic tamen descri-
bitur libri processus In quo primo po-
nuntur deprecatio Secundo vitilis in
formatio capitulo iij ibi Audi israel Ubi
incipit secundum capitulum secundum signi-
ficatione ideo Prima in tres Nam sic
dicitur ecclesiastici xxxv oratio humiliantis
se nubes penetrabit Et ideo primo po-
nuntur humiliatio Secundo humiliantis se de
precatio ibi et nunc domine deus Tertio depre-
cantis conclusio ibi et nunc domine omnipotens
Circa primum ponit humiliantes [illegible]
in nobis se confitendo culpam vel
penam Secundo confitendo penam iuste
illatam ij capitulo in principio Circa primum
dicit Et dicetis verba baruch recitan-
do domino deo nostro iusticia est enim regula
iusticie nobis autem confusio faciei sicut
in peccatorum nostrorum confessione sicut dies
hec scilicet simpliciter manifestat in inflictione
pene omni iuda id est omnibus iudeis de regno
iude. Regnum autem israel captivatum fuit
per longum tempus ante et stantibus
in ierusalem maiore hierusalem obside-
runt caldei et combusserunt illam
partim occidentes et partim cap-
tivantes regibus iuda Tres enim
reges successive fuerunt confusibi-
liter tractati Nam ioachim filius
iosie fuit interfectus et extra por-
tas civitatis proiectus sicut predixerat
Jeremias xxii capitulo Sepultura vero asi-
ni sepelietur et cetera et iechonias filius
eius in babilonem ductus et in

carceratus et sedechias eius successor
excecatus et in babilonem ductus et
ibidem agnominose mortuus sicut
dictum fuit abacuk ij et principibus
nostris et sacerdotibus nostris qui fuerunt
partim occisi et partim captivati
et prophetis nostris scilicet falsis assentientibus
contra caldeis non esse capiendam civitatem
etiam hic expositum de veris prophetis quos
populus sui confusione suam reputabat
peccatum ante dominum licet aut baruch
esset iustus et bonus tamen connumerat
se peccatoribus eo quod erat de eadem populo
et non credidimus prophetis prius dif-
fidentes in celi i. de protectione eius
et fuimus non subiectibiles humili-
ter ei obediendo et non audivimus
verba eius accipiendo ut ambula-
remus in mandatis eius Ad hoc
enim data fuit lex in deserto exodi
xx Eramus incredibiles ad dominum
moysen et alios servos eius exaspe-
rando et dissipati recessimus quia
homines enim mali sunt in se ipsis
dissipati quia ratio trahit ad bonum
sensualitas consuetudo peccandi
ad oppositum secundum quod deducit philosophus
viiij ethicorum Adheserunt nobis
multa mala culpe et pene et ma-
ledictiones que constituit dominus moy-
si Deut xxvii et xxviii qui e-
duxit patres nostros de terra egipti ex-
odi xiiii Daret nobis terram scilicet
adiacendam nobis terram bonam et fer-
tilem sicut hodierna die supple
apparet maledictio dei super nos
qui tamen sumus inde et non audi-
vimus Hec replicatio est eiusdem quod supra

dictum est sicut in oratione solet ad est
pluries replicari ad maiorem affectus
expressionem et idem fit etiam in se-
quentibus Operati diis alienis a
similitudine eis facientes mala ante
oculos domini quibus omnia nuda sunt
et aperta hebreorum iiij Vel dicit an-
te oculos domini quia tempore manasses re-
gis iuda in templo domini fuit ydola
posita quibus ydolatre significatur

Propter quod Hic conter-
minatur

Capitulum ii.

brantes humiliatio confi-
tendo penam allatam esse iustam
cum dicitur Propter quod statuit dominus a
firmiter disposuit verbum suum
de iusta punitione quod locutum est per
moysen et alios prophetas ad nos
et ad iudices nostros ideo quod nullus
excusare se potest de ignorantia ut
adduceret dominus super nos iuste ma-
la magna que non sunt facta sub
celo in alia gente Quanto enim peccatum
est gravius tanto gravior debet esse
Populus autem israel propter legem a deo
sibi datam et alia beneficia fuit ma-
ioris status quam alii populi sicut de hoc patet
xlvii Non fecit taliter omni na-
tioni et propter quod eius peccatum fuit
gravius quia quanto status altior
tanto casus gravior ideo fuit ma-
iori pena dignus Ut manducaret
homo carnes filii sui et filie licet hic
non legatur esse factum credo tamen
esse factum in obsidione ierusalem per
caldeos tamen credendum est hoc fuis-
se factum et dicit hic propheta baruch

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

quia non omnia sunt in illis libris
scripta et maxime quia idem legitur
factum Regum iiij capitulo xi in obsi-
dione samarie et in obsidione iherusalem
per romanos secundum quod refert ioseph-
phus et alii historiographi et dedit
illos sub manibus regum omnium et
sicut patet libro regum iiij et iudi-
cum in pluribus locis In improperium et
in desolatione nam multa inferre-
bantur convicia et gravamina iudeis
inter gentiles captivatis Domino
deo nostro iustitia Et exponatur ut supra
quia repetitio est eiusdem ad maiorem
affectus expressionem Et nobis simus de
precatione faciei domini frequenter enim legitur
in predictis libris quod iudei peccatis suis
adeo peccaverunt quod penam non reverteba-
ntur ad deum per penitentiam et vigilavit dominus
in malis scilicet pene iuste super nos
adducendis que dedit in faciem nostram
idest clare et manifeste ita quod non pos-
simus nos excusare per ignorantiam
Et nunc domine Capitulum iij
Postquam posita est oratio hu-
miliatis Hic consequenter ponitur
humiliantis deprecatio et dividitur
in tres partes quia primo in oratione al-
legatur dei magnificentia Secundo
orantis populi penitentia ibi respice domine
3° divini cultus ignominia ibi et posuisti
templum Circa primum sciendum quod
sicut dicitur quarto ethicorum magnifi-
cus inclinatur ad dandum quod petitur
cum beneficia prius prestita allegantur
Et ideo hic allegantur beneficia israe-
litico populo a deo prestita in exitu

de egypto cum dicitur Et nunc domine deus
israel Licet enim esset deus omnium per crea-
tionem tamen dicebatur deus israel per
cultum specialem qui eduxisti plebem
tuam de terra egypti De qua non poterat
egredi in manu valida et in potestate
magna et in signis quantum ad miracula
minora et in prodigiis quantum ad ma-
iora Unde dicitur prodigium quasi procul a
digito in signis idest in miraculis raro vi-
sum et in virtute magna quod sicut
patet in divisione rubri maris et in
multis aliis populo israel exhibitis et
fecisti nomen tibi Per hoc enim divul-
gatum fuit nomen dei per orbem sic-
ut est dies iste idest sicut presens tempus mani-
festat per spirituales cerimonias deus iu-
stis memoriam facientes peccavimus
in nosmetipsos impie egimus erga
deum inique gessimus erga proximum
Avertatur iracundia a nobis idest pena
ab te nobis inflicta quia derelicti
sumus pauci Nam multi de iudeis
fuerunt gladio et fame mortui Exau-
di domine preces nostras factas verba-
liter et orationes nostras factas men-
taliter Nam secundum damascenum o-
ratio est ascensus mentis in deum et
educ nos de captivitate babilonica
propter te idest ex tua bonitate et non
ex meritis nostris et da nobis inve-
nire gratiam et ut sciat omnis terra
quia tu es deus noster Per hoc quod ni
venimus gratiam principum terra
aliena Respice domine Hic con-
sequenter allegatur populi depreca-
tis penitentia qua inducitur deus

ad exaudiendum orationem deprecantium eundem
dicitur respice domine de domo sancta
id est de celo quod dicitur eius domus quia licet
sit ubique per potentiam essentiam
et presentiam tamen ibi specialiter re-
lucet eius maiestas et gloria Et alia
non mortui qui sunt in inferno
id est recondita in sepulcro vel in in-
ferno quantum ad animas que tunc omnes ibi
descenderunt dabunt honorem et
iustificationem domino quia sunt extra
statum merendi Sed anima que tristis
est per contritionem vasti super mag-
nitudine peccatorum suorum et incedit
curva per veram humiliationem et in-
firma per proprie fragilitatis consi-
derationem et oculi deficientes id est ipsos
defectus et non alienos attende-
tes et anima esuriens id est iustificari desi-
derans Matthei v Beati qui esuriunt
et sitiunt iustitiam Dat tibi gloriam
psalmo l. Sacrificium spiritus contribulatus
quia non secundum iustitias patrum nostrorum
quia sunt peccatores sicut et nos
non fundimus misericordiam id est pre-
ces misericordiam postulantes Sed
quia misisti iram tuam id est punitionem
iustam Non enim ira et alie pas-
siones sunt in deo sed quantum ad punit
ad modum irati sic hic sicut locutus
es in manibus puerorum tuorum prophetarum
id est prophetas tuos per maginem enim hic
signatur lingua eo quod est manus
id est organum organorum Ut dicitur iii de
anima Et inclinatae Hieremiae virum
hoc enim frequenter dixit Jeremias
scilicet quod civitas destruetur et populus
captivaretur nisi se subderet regi
babilonis et similiter alii prophete
certa patent usque ibi Ut proferrent
ossa regum nostrorum etc. Caldei namque
sepeliebant potentes tunc simpli-
bus magnis ponentes pretiosa in se-
pulcris eorum Et ideo Caldei qui eve-
rtendi capta civitate a Tito subducti
talia sepulcra pretiosa rapientes
et ossa mortuorum eorum extraentes Et
mortui sunt in doloribus pessimis
In obsidione enim civitatis multi
sunt mortui aliqui aeris corrup-
tione aliqui gladio aliqui fame et
in emissione quia multi de illis
qui mittebantur in babilonem cap-
tivi sunt in via mortui ¶ Et po-
suisti Hic conter allegat domini
cultus ignominiam tunc dicit et posu-
isti templum in desolationem in quo
invocatum est nomen tuum Ante eius
destructionem sicut hec dies supple
manifestat quod est rei evidentia Et
fecisti nobis domine deus noster secundum
omnem bonitatem tuam etc. id est secundum
magnitudinem bonorum que fecisti
nobis contra bonitatem in datione
legis et aliis beneficiis beneficiis
in fixisti nobis penam contra
iustitiam eo quod fuimus ingrati et
transgredientes tua mandata
Quidie qua precepisti ei scribe le-
gem id est deuteronomium Ambitio
hec magna et multa id est pulchri-
tudo et ornatus populi istius conver-
tetur in minimo per gladium et
captivitatem quia scio quod me non

audiet deus atat cognoscit scilicet istam
presentiam complus est enim dura sui-
te ut patet ex decursu veteris testa-
menti. Et convertentur ad cor suum cog-
noscendo suum delictum in terra capti-
vitatis sue vexatio dans ei intel-
lectum et dabo eis cor scilicet contritum et
audient aures eorum verum et laudabunt
me in terra captivitatis sue sicut dictum
est supra de thobia thobie xiii et
idem fuit in multis aliis iustis iu-
deorum et in sororibus eius et consi-
milibus. Et avertent se a dorso suo
duro id est ab inobediencia sua. Quia
reminiscentur viam patrum suorum
qui similiter peccantes mortui sunt et
captivati et revocabo illos in terram
etc. Hoc fuit impletum aliqualiter
quando cirus dedit iudeis licentiam rede-
undi in iudeam sed plenius per xpistum
aperiente celi ianuam que est terra viven-
tium per terram promissionis figurata
Per verum enim virtutis deos principaliter
promissum non potest intelligi bonum terrenum
quod est minus quam virtutis bonum. Etiam
quando in scriptura sacra pro virtuosis o-
peribus promittuntur bona corporalia et
terrena sub illis intelliguntur principaliter
promitti bona spiritualia et eterna sicut
dixi plenius genesis xv et in pluribus
aliis locis et huic sensui concordat
textus sequens ... et statuam illis testa-
mentum alterum id est novam legem per
xpistum sempiternum quia nove lege non
succedet alia lex sed quia habet ef-
fectum sempiternum introducendo statim
ad gloriam sempiternam quia lex veteris

sancte non pateat secundum quod apostolus de-
ducit diffuse in epistola ad hebre. Et do
sibi dicitur et non movebo amplius populum
meum etc. quia mansio celestis est sta-
bilis et eterna. Cap. iii.

Et nunc domine postquam patet est
orantis allegatio. Hic conse-
quenter ponitur orationis conclusio cum
dicitur anima in angustiis posita spiritus
anxius ex afflictione dura clamat
ad te ut possit aliquantulum respira-
re. Audi domine condescendendo tota-
patent usque ibi Audi nunc orationem
mortuorum israel id est sanctorum patriarcharum
et prophetarum qui viventes oraverunt ad te
pro bono statu posterorum et filiorum ipsorum
qui peccaverunt ante te id est vocem meam
audi qui licet peccavimus tamen
penitentes clamamus ad te et aggluti-
nata sunt nobis mala id est pena
multiplex est nobis inflicta. Noli
meminisse iniquitates patrum nostrorum
pro ipsis nos puniendo nam aliquando
filii iuste pro patribus affliguntur pena
temporali quia filii sunt quedam res patrum
sed memento manus tue id est potentie tue
per quam liberare et nominis tui quod
est misereri et parcere tota pa-
tent usque ibi Et convertimus iniquita-
tem patrum nostrorum in bonum penitentiam
tenens veram qui sumus successores
eorum innocuerunt et in maledictione
Nam multa iniuria et maledicta
inferebant eis in aliena terra
et impietatem id est peccatores reputati et
impietatis puniti. Audi israel.
Postquam premissa est humilis deprecatio

Hic tunc subditur continens informa-
cio et primo baruch prophetam israel ad
bonum hortatur 2o cum multipliciter
consolatur iiii c animequior esto
prima inducas Nam primo propheta ad
sapientie desiderium inuitat 2o
que sit illa sapientia declarat in
principio quarti capituli prima nitet
quia primo ad querendum sapienciam
inducit 2o ab ea infideles ex-
cludit ubi quis inuenit 3o quibus
concedit ostendit 3 c israel Circa primum
dicit Audi israel mandata vite i. man-
data dei quorum obseruatio deducit ad
vitam eternam math. xix Si vis ad vitam
ingredi serua mandata auribus
percipe ut scias prudentiam non
humanam cuius finis est felicitas su-
perna Quid est israel quod in terra ini-
micorum es detentus in captiuitate
Inueterasti in terra aliena ubi cons-
tenus iam a tempore longo quia reg-
num israel fuit captiuatum anno vi
ezechie et ieconias rex iuda cum
nobilibus et potentibus regni sui
anno primo sedechie Et sedechias
cum reliquiis anno xi regni sui Co-
inquinatus es cum mortuis i. cum
~~mortuis~~ infidelibus qui mortui dicun-
tur math. viii Dimitte mortuos sepelire
mortuos suos filii enim israel inter
eos captiuati communiter inquinaban-
tur ritibus eorum ut dictum est super thobie
primo Deputatus es cum descenden-
tibus ad infernum i. cum ydolatris
inter eos commorando Dimisisti
igitur quid est israel i. que est causa
istorum malorum super te venientium

et respondet dereliquisti fontem
sapientie i. quia dereliquisti deum tuum
Nam si in via dei ambulasses vtique
tempora per legem et prophetas habitas-
ses in pace super terram adeo quod con-
cessam patet etiam ex decursu veteris
testamenti quod quamdiu in via dei am-
bulauerunt in terra promissionis ha-
bitauerunt pacifice Disce ubi sit pru-
dentia infusa ubi sit virtus simi-
liter infusa Nam sicut virtutes
pollitice ex actibus acquisite conne-
ctuntur prudencie pollitice vt habetur
vi ethicorum Sic virtutes morales
infuse connectuntur prudencie diuine
vel infuse Ubi sit intellectus i.
aut intellectus qui habitus principio-
rum articuli uero fidei sunt principi-
a omnia credibilia Et ideo fides que
est virtus intellectualis dicitur in-
tellectus Ut scias simul i. percipias
fidem que est substantia rerum spera-
darum argumentum i. certitudo non ap-
parentium Ubi sit longitudo vite
i. vita eterna et victus i. sinitas beata
Ubi sit lumen oculorum i. aperta
prime veritatis visione Et pax per
omnimodam appetitus quietacione
Per fidem enim cognoscimus certi-
tudinaliter quod ista sunt in deo ob-
iectiue et in beatis spiritibus sub-
iectiue Quis inuenit Hic
communiter infideles ab hac sapientia ex-
cludit dicens quis inuenit eam
quasi dicat nullus de infidelibus qui
tamen magnus et potens Ideo
subditur Ubi sunt principes gen-

tum Tempore baruch captiuitatis re-
gibus israel et iuda omnes terre princi-
pes erant ydolatre et infideles
qui dantur super bestias que sunt
in terra per venationis exercicium qui ma-
nibus celi ludunt per aucupium qui
argentum thezaurizant et aurum in
quo confidunt homines Per horem
sperant obtinere super alia regna do-
minium et non est finis possessionis
eorum quia quanto plura acquirunt tan-
to et alia acquirenda ardentius anhe-
lant Qui argentum fabricant inde
faciendo moneta vel ydola et solli-
citi sunt de obtinendo quod cupiunt
Non est inuentio operum aliorum quia
frequenter preueniuntur morte antequam
possint opus inceptum perficere Pro
dicitur et extimati sunt arrogantes iuue-
nes moribus et etate Viderunt
lumen in bonis sensibilibus suum
ponentes finem Viam autem disci-
pline ignorauerunt Delectationes enim
sensibiles hanc noticiam impediunt
Nec intellexerunt semitas eius et
modos inquirendi eam Neque filii
eorum male nutriti et in sensibilibus
delectationibus occupati sicut patres
eorum Non est audita in terra chanaan
in qua ante filios israel habitauerunt y-
dolatre pessimi Ut patet in libro
numeri et deutronomii Neque visa est in the-
man nomen est terre de qua fuit eli-
phat themanites qui non cognosce-
bant unde procedere vitam Ut dictum
fuit super librum Job et ibidem videtur
fuisse de aliis habitatoribus illius terre
nam iste fuit de maioribus et

prudentibus eius et quod exclusi e-
rant a diuina sapientia que felicitatem
ponit in futura vita Filii quoque agar
id est agareni qui dicuntur sarraceni vsur-
pantes sibi nomen a sara libera cum ta-
men descenderunt ab agar ancilla abra-
he Qui exquisierunt prudentiam que de
terra est Sunt enim astuti in factionibus
lucris et fabulatores ad decipiendum in
mercationibus homines et exquisitores
intelligentie que prudentie est de presentibus
tantum Viam autem sapientie que magis
attendit bona futura nescierunt
O israel Hic tamen ostenditur quibus
conceditur sapientia diuina dicitur O israel
considera quam magna est domus dei
id est celum empireum quod est locus beatorum
Est enim celum supremum et per consequens maius
extentum quanto magis distat a cen-
tro mundi Magnus et non habet
consummationem id est terminationem siue fini-
tionem a parte post nec est intransgressi-
bilis excelsus quia est locus supremus
ut dictum est et immensus non sim-
pliciter quia nulla creatura sic est
immensa sed per comparationem ad nos
qui quantitatem eius metiri non pos-
sumus Ibi sunt gigantes hoc
non refertur ad litteram in mediate
precedentem nam in celo non sunt
gigantes qui sunt homines incom-
positi moribus sed refertur ad hoc
quod dicitur Non est audita in terra chanaan
in qua habitauerunt gigantes ut habetur
numeri xiii Ibi vidimus monstra que-
dam filiorum enach de genere gigantum
quibus comparati quasi locuste vide-
bamur scientes bellum id est artem

bellandi Nos hos elegit dominus in populum
peculiarem sibi sicut elegit israhelem
neque viam disciplinae invenerunt Nam
incomposite maribus sunt Apostea pueri
filii eorum israhel eos interfecerunt ut habetur
in libris regum et iudicum quibus ascendit
in celum quod dicitur nullus hominum sicut ante
christi adventum et pro tempore illo loquitur
baruch et quibus transfretavit mare
et quod dicitur nullus per talem trans-
fretationem potuit invenire sapientiam
divinam Non est qui possit scire vi-
am eius naturali virtute sicut in-
venta est sapientia philosophica sed
qui scit omnia novit illam scilicet deus
et invenit eam prudentia sua
et habet eam per se ipsam et non
per doctorem alium qui plantavit terram
in eterno tempore Nam in eternum
durabit a parte post sicut alie par-
tes principales unde meliorabuntur
tamen in suis qualitatibus in innovati-
one mundi et replevit eam bipedibus
et quadrupedibus id est avibus hominibus
et animalibus licet enim aves ha-
bitent in aere communiter tamen ali-
mentum recipiunt in terra Qui emittit
lumen et vadit Nam secundum eius
ordinationem lumen solis et lune dif-
funditur per aerem et vocavit
illud scilicet Nam secundum eius ordina-
tionem lumen solis et lune renovatur
quodammodo quando certis temporibus e-
clipsantur stelle dederunt lumen
secundum dei ordinationem et letate sunt
Lotio est methaphorica sicut in de-
pictione videtur quia corpora celestia sunt
animata secundum damascenum Vo-
cate sunt et dixerunt scilicet apud

dicitur non est alius nisi necesse sunt secundum
dei ordinationem perfecte Hic est deus
noster Qui dedit corpora celestia et terrestria
et non estimabitur alius adversus
eum Nam alii sunt dii falsi Hic ad-
invenit omnem viam disciplinae du-
centem ad vitam glorie et dedit illam
iacob puero suo et israhel electo suo Ia-
cob autem et israhel electo suo idem homo
fuit sed primo vocatus est iacob id est
supplantator et postea israhel id est videns deum
vel directus cum deo genesis xxxii per quod
designatur quia perfectionis gradus
hominis primus luctari cum passionibus
corporis subiciendo per exercitium conti-
nentie postea proficit in contemplatione
veritatis Unde dicit gregorius super
ezechielem qui contemplationis ar-
cem desiderant primus necesse est
ut in campo actionis se exerceant pro-
bent Et prius vincit certare pugnan-
do et quiescendo a sedatis passio-
nibus fit anima sciens et prudens
Et ideo hic dicitur quod sapientiam divinam de-
dit deus iacob et israhel quia passi-
onibus subplantatis datur homini con-
templatio veritatis Post hec in terris
visus est et cum hominibus conversatus
est quod potest dupliciter intelligi Uno modo
ut fit relatio presentis quia post illuminationem
iacob patriarche et dationem legis des-
cendentibus de suo semine Exodi xx
Deus apparuit illi populo exodi xxiiii
Ascenderunt quod moises et aaron na-
dab et abiu et septuaginta de se-
nioribus israhel et viderunt dominum deum
Et subditur abidem et super eos
qui recesserant de filiis israhel misit

manna sicut viderunt quod dicitur alibi
Cum illis etiam conuersatus est quadra-
ginta annis prebens eis manna
et alia beneficia multa secundum quod dicitur
nonagesimo quarto secundum translacionem
lxx inferius Quadraginta annis
proximus fui generationi illi ut sic
prophetia de futuris quia post tempus baruch
apparuit deus et homo in hominibus
conuersatus est quoniam primo verbum
caro factum et habitabit in nobis etc.
Et hec est exposicio perfectior quod
conuersatio prima fuit huius sigillum

4 Hic est liber Capitulum iiii

Postquam baruch induxit
ad sapientie desiderium et ostendit
quibus et a quo habetur tamen ostendit
que sit ipsa sapientia scilicet lex a deo data
dicens hic est liber mandatorum dei si-
ue ille est sapientia predicta propterquod
dicitur deus iiij hec est sapientia vestra
et intellectus coram populis etc. lex que
est in eternum Non enim lex veteris per
nouam est abolita sed magis est
perfecta secundum quod dicit saluator mathei
v. Non veni soluere legem sed adim-
plere sicut ibidem fuit plenius de-
claratum. Omnes qui tenent ea
eam obseruando ad vitam scilicet gracie
in presenti et glorie in futuro licet enim
patres veteris testamenti ipso dece-
dentes ad limbum statim admit-
tebant ad gloriam erant tamen ad
mittendi suo tempore scilicet amoto impedi-
mento mortis per christum Qui autem
dereliquerunt eam transgredi-
endo quia decedentes statim desce-

debant in ehennam Conuertere iacob
populo descendentis a iacob et apprehende ea
per viuam memoriam ambula per via
morum ad splendorem eius oculos contendo
quod subditur contra lumine tales enim
non habent ante se umbram ignorantie
vel culpe attendentes aut se a lumine
habent umbram culpe et ignorantie
ante se Ne tradas gloriam tuam alteri
etc. legem diuinitus datam dimitten-
do Deinceps accipiat patre populus
alienus vnde populo gloriam Quinque dicitur
psalmo cxlvii Non fecit taliter omni
nacioni et iudicia sua non mani-
festauit eis quod subditur beati sumus
israel hoc dicit baruch eo quod fuit
de populo israel quia que deo placent
scilicet mandata legis et prophetarum ora-
cula manifesta sunt nobis
in lege et prophetis Animequior
posita populi exhortatione hic
tamen ponitur eius consolacio et
primo in persona baruch loquentis
2o in persona urbis metropolis
ubi et dixit 3o in persona dei
consolantis vel animequior esto
ierusalem Circa primum dicitur animi
equior scilicet constantior et hilarior
esto populus dei scilicet populus dei cultor
tantis ad ydolatriam declinantibus
memorabilis israel coram deo
licet oblitus videaris quod subditur
Venundati estis gentibus non
in perdicionem sed ut afflictio
det vobis intellectum ad veram
emendacionem quod subditur sed propter
quod in ira in petis vitus ira

ira dei dignis Ad iracundiam pro
vocastis deum traditi estis etc. et paulo
ultra usque et contristastis nutricem
vestram ierusalem que nutrivit vos cor-
paliter bonis temporalibus ibidem spiri-
tualiter Secundo subditur Vidit enim ira
cundiam i. penam adeo venientem
nobis hanc enim previdit ieremias
et alii prophete qui locuti sunt de ba-
bilonica captivitate ut patet in li-
bris eorum Et dixit Hic consequenter
ponitur ipsius consolacio in persona
ierusalem Et ut opposita iuxta se posita
magis elucescant primo recitat
materiam desolacionis Secundo consolacionis
ibi ego autem Circa primum dicitur
Et dixit s. per prophetas et alios sanctos
desolacionem ierusalem lamentantes eo modo
loquendi quo dicitur ipsius facere et
dicere quod propheta eius facit et dicit Au-
dite confines syon i. civitates affi-
nitatem cum ierusalem habentes Adduxit
enim michi deus luctum magnum i. mate-
riam magnam lugendi per exercitum
caldeorum qui ipsum meum captivaverunt
Nutrivi enim illos cum iocunditate
temporibus david et salomonis qui
tunc erant in magna et bonorum
temporalium et spiritualium prosperitate Di-
misi autem illos cum luctu et fletu
cum ducebantur in babilone temporibus
ieconie et sedechie Nemo gaudeat
super me que magis indigeo com-
passione multis de filiis meis in
captivitatem ductis Iusticias autem
apud nos sciencie practice licet
aliqui fuerint speculative s.
sacerdotes et leges periti vivientes

male neque fuerunt quantum ad tam
filia cum iusticia ingressi sunt i. peccata
per dei iusticia in fleta Unde et
peccatorum punitio communi modo loquendi
iusticia Veniant confines syon et
commorentur etc. Dicitur enim tunc
tates inveniuntur unde existentes
frequenter loquebantur sicut sol-
et de tali casu Adduxit enim super
illos gentem de longinquo s. caldei
et aliis regnis existentibus sub
caldeis gentem improbam i. in bonis
moribus carentem et alterius lingue
propter quod magis miserebantur qui
non intelligebant verba deprecan-
cium Secundo sequitur qui non sunt reve-
riti senem etc. quibus tamen magis
est compaciendum sed absque discre-
tione etatis condicionis et sexus
ipsum crudeliter affligentes et addu-
xerunt dilectos vidue i. filios eius
in captivitate duxerunt et sic eam
vinitam et desolatam dimiserunt
Ego autem Hic consequenter ponit
materiam consolacionis cum dicitur ego
autem quid possum adiuvare vos q.
d. non est a nobis petendum huma-
num auxilium sed divinum Secundo Qui enim
adduxit super vos mala pene
ad vestram correctionem ipse eripiet
vos de manibus inimicorum vestrorum
per nominis sui laudem propter quod
ciro edificare templum in ierusalem propter
quod dedit populo iudeorum redeundi li-
cenciam ut habetur primo esdre primo Am-
bulate filii derelicte in virtute
ego enim derelicta sum sola sicut
lamentabatur ieremias propheta dicens

trenorum primo Viso sedet sola ciui-
tas etc. Exui me stola pacis i.
uestibus iocunditatis indui me
sacco obsecrationis. Antiquitus enim
tempore afflictionis erabant homines in
sacco et cinere. Et clamabo altissimum
in diebus meis confidens quod acqui-
escat precibus meis. Ideo subditur animi
equiores estote filii confidentes de
auxilio dei. Ego enim in eternum spera-
ui salutem uestram i. quod dabit uobis sa-
lutem non solum temporalem sed etiam
eternam. Et uenit michi gaudium a sancto
i. a deo qui est sanctus sanctorum super
misericordia que ueniet uobis ab eterno
salutari uestro i. a christo qui secundum
deitatem est ab eterno. Et sic deliberatio
facta per christum tamquam designata
ad figuratum sicut ysaie xiiii loquendo
de casu regis babilonis sub eodem
contextu littere transit ad loquendum
de casu demonis ut habetur plenius
sicut dictum est. Et ad idem facit quod sequitur
Reducet nos inde cum gaudio magno
et iocunditate in sempiternum.
Nullus enim post captiuitatis babilo-
nice reditum quod continue fuit in
afflictione propter quod uidetur hic
scriptura loqui saltem principaliter
de liberatione facta per christum. Sicut
enim uidemus ruine syon ciuitates
circa iudeam post captiuitatem magis
adeo nobis in sectam propter peccata
nostra sic uidetur et mediocritate a-
rito salutem uestram in deo etc. Si
referatur ad liberationem de babi-
lone est yperbole. Et aut ad li-

beratione per christi gratiam tunc est clarius
clara. Persecutionis est enim te inimici
tuus i. caldeorum. Amplius secundum sensum in-
tellectum dyabolus autem uel quilibet tyrannus
persequens. Etiam quanto ad secundum sed
cito uidebis perditionem ipsius quia
cicius destruxit regnum caldeorum et christus
dyaboli potentiam confregit et etiam
tirannorum. Delicati mei ambulauerunt
uias asperas i. grauiter sunt afflicti
ab aduersariis. Ducti sunt enim captiui-
tatem et morte ut grex direptus
i. raptus in predam. Equiores
estote filii sustinendo patienter et
proclamate ad deum qui liberauit nos
potenter. Ideo subditur erit memoria
uestra ab eo qui duxit nos i. a deo
qui permisit nos in captiuitatem
duci. Sicut enim fuit sensus ui-
ut erraretis adeo per multiplicem
ydolatriam sicut patet quarto regum
et secundo paralipomenon. Decies tantum iterum con-
uertentes requiretis eum. Post re-
ditum enim captiuitatis babilonice
iudei non leguntur fuisse ydolatre
nisi aliqui pauci tempore antiochi e-
piphanis ducti etiam ad hoc ma-
gis timore quam infidelitate ut
habetur primo machabeorum et secundo. Conuer-
tentes requisitio dei magis imple-
ta fuit in apostolis et aliis credentibus
de iudaismo ut patet actuum ii et quarto.
Qui enim adduxit nobis mala sue-
ne ope nersio adducet nobis sem-
piternam iocunditatem quod potissime
fuit impletum in apertione regni ce-
lestis per christum. Animequior e-
sto hierusalem tanter pauit consolo

inducta ex persona dei. Et primo sit
mentio de liberatione captivitatis. Secundo
de exultatione populi fidelis ibi Sione te
circum. Circa primum primo ponitur ad
versariorum punitio unde dicitur Venien-
tes tibi scilicet caldei qui humiliaverunt subiecti
et depressi terra patent usque hoc. Si-
cut enim gavisa est in tua ruina scilicet
gens caldaica sic contristabitur in sua
desolatione per cirum et darium ut habetur
danielis v. Ignis enim superveniet
et ei abetno scilicet dispositus adeo quod
etiam omnia futura providit abeterno
Babilon enim que erat metropo-
lis caldeorum fuit incensa pro ma-
gna parte per cirum et darium in
longinquis diebus quia non fuit
reedificata sed potius magis hominibus
inhabitabilis facta propter animalia
venenosa et monstruosa sicut
predixit ysaias xiii. Secundo ponitur capti-
vitatis liberatio cum dicitur Circumspice
¶ Fla v circum ad orientem etc. Unde enim vic-
toriis ad destruendum babiloniam et
dandum populo iudaico redeundi licen-
tiam ideo subditur Ecce enim venient filii
tui et sequitur ab oriente ad occiden-
tem id est ab omni loco ubi fuerant disper-
si quia cirus qui fuit monarcha
publicavit dictam licentiam per totum
imperium suum ut habetur primo esdre primo
In verbo sancti gaudentes id est in verbo
dei qui est sanctus sanctorum per ysaiam
ieremiam et alios prophetas predictum
hunc reditum in honorem dei quia
redeuntes edificaverunt templum ierusalem
ad honorem domini

Exue te ierusalem. Hic ultimo
sub nomine ierusalem inducitur po-
pulus ad gaudium et exulta-
tionem dicens exue te ierusalem stolalu-
ctus et vexationis. Modus enim erat
antiquitus et adhuc est in aliquibus
terris adversitatis tempore vestes lugubres
accipere et redeunte prosperitate illas
deponere. Et si in hac parte dirigatur
primo ad synagogam pro tempore reditus
captivitatis babilonice est primo exper
solutus. Si autem ad ecclesiam est magis pla-
nus propter quod intendo litteram se-
qui isto modo referendo partim ad
tempus gratie et partim ad tempus
glorie. Quod dicitur adeo est tibi sempiterna gloria que per gratiam hic
inchoatur et in patria consumma-
tur. Circumdabit te deus diploide que est vestis
militaris et dicitur a duplo duplex quia
duplex vestis per quam intelligitur
duplex stola glorie scilicet anime et corporis
et imponet mitram capiti honoris
nomen eius quod iudeorum implentur in
pontificibus novi testamenti. Deus
enim ostendet splendorem eius in ute-
ro pauperum virtutis evangelice.
Nominabitur enim tibi nomen tuum a
deo in sempiternum pax iustitie. Unde
de christi regno dicitur ysaie ix. Mul-
tiplicabitur eius imperium et pa-
cis eius non erit finis. Exurge
ierusalem et sta in excelso id est culmine
virtutis et circumspice ad orientem
id est ad christum de quo dicitur luce primo
Visitavit nos oriens ex alto. In
verbo sancti id est christi qui est sanctus

sanctorum danielis ex Gaudentes
dei in memoria Apostoli enim et alii cre-
dentes in ecclesia primitiua etiam inter
mentis positi gaudebant commemoracione
christi dicto Ibant apostoli gaudentes
a conspectu concilii quoniam digni ha-
bi sunt pro nomine iesu contumeliam
pati Poterunt enim abstrahi a ante pe-
dibus ducti Nam frequenter ducebantur
ad mortem nudis pedibus ut con-
dempnati adducerentur autem alios dominus
portatos in honore Nam anime
eorum portabantur honorifice ab an-
gelis ad gloriam Potest autem abstra-
co quod est anima ecclesia militans et tri-
umphans secundum duplicem statum presentis
et patrie et sic de uno statu eccle-
sie rapti portabantur ad aliud sta-
tum celeste ab angelis honorifice po-
test etiam tamen exponi de statu huius
secundum tempora diuersa Nam epis-
copi qui tempore primitiue ecclesie primi de
ecclesiis ad tormenta rapiebantur
modo ad suas ecclesias cum militibus
et personis notabilibus honorifi-
ce deportantur in principio capitulo sibi dicitur
Constituit enim deus et disposuit
humiliare omnem montem excelsum
et perpetuale dominium Unde et con
stantinus imperator exhibuit beato
siluestro stratoris officium et ruppes
perhennes et reges quorum regna
diu durarunt et conualles et homines
infimos replere in equalitate
terre et in uia ecclesie conuenire
quia non est acceptio personarum apud

deum ut ambulet constituetur et presertim fidelis
diligenter in honore dei adhibeat di-
ligenciam nouit debet equalitas dei
quia magnus sicut paruus confirmare
sit in dei uia Obumbrauerunt autem et
silue et angeli sancti et ecclesie ministri
sua presidencia confortant et dirigunt
populum in uia dei ut sic perueniant
ad summe glorie iocunditatem eo sibi dicitur
Adducet enim deus iocunditate cum misericordia que
semper concomitantur in omnibus operibus
dei cui est honor et gloria in secula amen

Incipit epistola iheremie
~~Capitulum septimum~~ secundum

Capitulum sextum

incipit epistola iheremie capitulum septimum